sicut ps. 16 adipem suum concluserunt, i. suum pinguem carnis sensum composuerunt
Cor ergo sic adipe est cor plenum crasso carnis sensu. atque leni ac blando quibus
alter alterum linit. palpat. blanditur. Igitur hic nihil de lacte dicitur
hic et supra exponimus. Lac enim tenue est nisi quod coagulatur. Et scriptura lac
vocatur ideo quia primo evangelium i Cor 3. Lac ergo coagulari est de spirituali lege
de incultis in crassam literam degenerare. Sic ergo et illi de lacteo spiritus
sensu in coagulatam literam ceciderunt. Alia quoque circa glo. dicta sunt

Bonum mihi quia humiliasti me ut discam iustificationes tuas

q.d. gratias tibi ago ut non cum illis superbirem aliquando et per eum eos
superstitem magistris et in coagulum literae venissem et numquam ... et ... secundum legem tuam. Nunc autem quia afflixisti me et humiliasti coram mundo
sic ut ad veram legem tuam cognitionem pervenimus. Nam et nunc ex multis perspicimus ut
a deo preventi. Sic enim pena aperit oculos et adversitas quod prosperitas claudit et
coagulat. quia si in prosperitate flore permansisset numquam ad deum et suam cognitionem pervenisset
Nam sicut calor lac coagulat ita calor carnis si floreat et liber sit crassum cor
et coagulatum facit. non numquam quia doctrina calida de sapientia carnis et humana. Ideo
ne humana sapientia inflet imo accendat cor usque coagulet necesse est eum humiliari
et reprimi in obsequium Christi. sic hic dicit Bonum mihi etc. ut discam etc. Bonum est
mihi a me sapientiam tulisti ut discerem tuam. Unde autem humiliatus noluit superbi
quia superbi sunt et circa eos sapientia delectat et superbos inflat imo accendit potius
et resolvit in coagulum crassum cor et ponit ad omnes fidei veritates caecum et inutile
quia hic ut delegat variis et gerit inventionem i. magis. Eodem modo
et carnis calor atque prosperitas scilicet quando sapit divitias honores nisi in ipso humiliatur et
affligatur non discet iustificationes dei. sed in voluptatibus carnis sensus suus pervertit
sibi. Malum ergo illis si non humiliarentur. Bonum autem mihi quia humiliasti me. Et hec
moralis tamen potius est sensus quam superioris quia de literali doctrina et sapientia loquitur

Bonum mihi lex oris tui super milia auri et argenti

Quod non credunt illi qui terrena sapiunt et suum sensum ... noluerunt humiliari
sed potius malum eis reputant quia solum in illis est quod humiliantur in pluribus. principium
enim est regnum eorum. Cum itaque horreant in ipso humiliari, sic et legem eius horrent
Malum enim est apud eos propter contemptum afflictio corporalis. Ergo et mala lex
quae istud docet aut requirit. Cum econtra lex eorum ipsos promiserit ut putant
scilicet aurum argentum, honores, gloriam, voluptates etc. Non quid hic dicit super milia
auri et argenti. q.d. etc. super legem eorum quae hec promittit et omnia quae promittit
quae est lex non bona. Hec autem est lex bona quae vera bona promittit et prestat
i. spiritualia et eterna quae sunt pura et innoxia. Ista autem numquam sunt pura nec saltem innoxia. Vide et adde. Oris tui. Non oris Mosi servi tui
ut domini. Quod est incomparabiliter grandis ipse loquitur. Loquitur autem quia vivum et
spirituale verbum loquitur. omnia enim ei vivunt sicut verba sua opera